

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Ionstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrpedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

SERENISSIMO PRINCIPI

AC

DOMINO DOMINO

IOSEPHO,

AVSTRIAE ARCIHDVCI,
CORONAEHVNGARICAE

AC

BOHEMICAE PRINCIPI

HAEREDITARIO,

etc. etc.

PRINCIPI AC DOMINO SVO
CLEMENTISSIMO

AC

BENIGNISSIMO

SALVTEM PERENNEM ET FELICITATEM
PERPETVAM,

SERENISSIMO PRINCIPI

AC

DOMINO DOMINO

IOSEPHO

AUSTRIAE ARCHIDUCI

CORONAE HUNGARICAE

AC

BOHEMICAE PRINCIPI

HAEREDITARIO

CIC CIC

PRINCIPI AC DOMINO SVO

CLEMENISSIMO

AC

BENIGNISSIMO

SALUTEM PERENNEM ET FELICITATEM
PERPETUAM



SERENISSIME PRINCEPS

AC

DOMINE CLEMENTISSIME,
BENIGNISSIME.

Virtutum maxime, quae et heroum nomina
amplissimis consecrant monumentis et quae
eosdem supra communem mortalium sortem
longe euehant, sunt opinor, sapientia ac clementia. Quae
maiestatem illorum eo sublimiorem reddunt, quo plura
earum exempla ferae reliquissē posteritati omnes uno
adfirmant ore.

Quid

SERENISSIME
PRINCEPS

AC

DOMINE CLEMENTISSIME
REVERENTISSIME

Quid obstat, SERENISSIME PRINCEPS, quo minus eadem uirtutes eodem TIBI iure sint uendicandae? Nam constante omnium sermone, qui aetate nostra per orbem terrarum percrebuit, singulae quarumque Imperii Romani prouinciarum gentes earundem TE uirtutum ornamento praeditum celebrant. Quemadmodum enim respublica literaria TE sancte colit musarum statorem, ita uniuersae Alemannorum regiones TE alterum merito uenerantur Iosephum. Siquidem, quanta gratiae documenta musis earumque cultoribus hucusque dederis, clarissimi orbis literarii uiri miris praedicant laudibus. Vt nihil dicam de clementia TIBI ab Auis atque Atauis Augustis iam innata, quam praeter Germaniae populos cum primis illae Pannoniae ac Bohemiae nationes non ignorant. Quid opus

opus est multis gloria earum pro me uerba faciente ?
Quam ob rem arbitror cum superfluum recensere summam
uirtutum uirtute per se splendente, cum duco rem maxi-
mi momenti magnifico dicendi genere mihi deficiente,
quibus excellis et quas nonnisi lingua illius eloquentiae pa-
rentis ac nihilominus titubante effari ualeo. Ecquid ita-
que mirum uel me in uultum TVVM benignum subeunte?
Age adire TE, SERENISSIME PRINCEPS audeo et
paucis dicam: edo in lucem foetum, quem iam olim
egregius Polonorum medicinae doctor enixus insigniuit in-
scriptione Theatri Historiae Naturalis Vniuersalis. Quem
uero librum rursus recudendum ac per partes publicandum
curauit. Hic omnino indiget clientelae. Ei si uel maxime cu-
perem, parum prodessem. Immo sic negligere non possum,
* * 3 quin

quin alienum illi quaeram patrociniū. Quaeſo quare TE
SERENISSIME PRINCEPS, ut eum ſuſcipias clemen
nec TVA proſequi benignitate dedigneris. Non eſt
quod denuo exponam, cur iſtam TE precari gratiam non
uerear. Satis eſt notum, famam gratiae TVAE iam to
ſupplicibus praestitae uel mihi rogandi parere licentiam
Verum et ipſe, quem TIBI SERENISSIME PRIN
CEPS offerre ſuſtineo, foetus pro ſe dicet. Ipſe ſcilicet
Ionſtonus TE uoce rogat ſupplici, ut ſe ab obitu in fiden
recipias TVAM ac fronte intuearis ſerena. Non ment
decipitur, cuius omnis ſpes in TE eſt. Ecquis eſt quaeſo
qui dicat, quod clementia TVA ſupplicem ſit fruſtrati
quempiam? Spero hinc uel ego fore, ut precibus quan
humillimis patulas praebeas aures nec me niſi uoti com
poten

TE
nem
est
non
a to
iam
IN
lice
den
ent
aefo
trat
quan
com
oten

potem e conspectu TVO AVGVSTO abire patiaris.

Quam quidem gratiam, quae mihi contingit, non ego

solum piissimo religionis cultu, quoad uiuam, animo in-

fixam fouebo, sed et Numen illud Clementissimum uo-

tis castis, quod alioquin nihil superest, studio defatigabo

indefesso, ut non TVAM solum, sed et stirpis TVO-

RVM Augustissimae celsitatem clementia sua ad secula

uix numeranda incolumem atque Augustam tueatur ac

TE tam in praesidium totius Austriae reliquorumque

TVORVM clientum, quam in decus omnium Sacri Im-

perii Romani ordinum ac statuum florentem conseruare

iubeat. Quin precor atque opto cum omnibus orbis ter-

rarum bonis, ut moderator uniuersi mundi rerum huma-

narum conditionem ita secundet, ut ego cum singulis or-

bis

bis Romani incolis breui TIBI ceu Caesari Nostro illud :
sis felicior Augusto et melior Traiano ouans adclamare
queam. Ita uouet


SERENISSIME
PRINCEPS

AC
DOMINE CLEMENTISSIME,
BENIGNISSIME,
NOMINI TVO AVGVSTO

HEILBRUNNAE,
d. XIX. Martii A. S. R. MDCCCLV.

Devotissimus ac humilimus cliens
FRANCISCVS IOSEPHVS ECKEBRECHT,
BIBLIOPOLA.

PRAE



PRAEFATIO AD LIBRVM

DE

QVADRV PEDIBVS.

Placet de Quadrupedibus in genere aliquid praefari, Benevole Lector, satisfactorumque me confido, si aliquid de *Nomine, Partibus, Loco, Nutritione, Augmento, Generatione, Vita, Animalibus actionibus, Vsu et Differentiis* praemisero.

Horum vero nomine animalia illa nobis veniunt, quae mediae inter aerea et aquea naturae, pilis ut plurimum, testis quandoque obducuntur et quaternis pedibus incedunt. In reliquis omnibus multiplex et incomprehensa occurrit varietas, quae tibi, si bene perpenderit, stuporem inlicere poterit. Partes mihi primo externas vide. *Pilos* habent, quae animal pariunt, quae ova, testam. Equis sunt in iuba largi, in armis leoni, dasyodi et in buccis intus et in pedibus. Villofissimum animalium lepus. Omnibus fenestrate crassescunt. In solo equo canitiem contrahunt. Setis sues et histrices reguntur, oves lana, caprae aruncum de mento demittunt. *Corium* hippopotamo tam crassum, ut inde torquentur hastae, elephantis etiam et rhinocerotibus fere impenetrabile. *Auriculae* omnibus duntaxat animal generantibus et quidem mobiles. Minores aliis vel maiores. *Cervis* tantum scissae ac velut divisae, foricibus pilosae. In equis et omnium iumentorum genere indicia animi praeserunt, fessis emarcidae, micantes pavidis, subrectae furentibus, resolutae aegris. *Os* magno hiatus cani, leoni et venatu viventibus rescissum, mediocre, suum generi. *Promuscis* soli elephanto. *Maxillae* longae iumentis, rotundae simiis. *Collum* leoni tantum et lupo et hyenae ex singulis ossibus rigens. *Digiti*, quibus ex rapina victus, quini in prioribus pedibus, reliquis quaterni. Leones, lupi, canes et pauca alia in posterioribus quoque quinos ungues habent, uno iuxta cruris articulum dependente, reliqua, quae sunt minora, digitos quinos. *Ungues* omnibus, quibus et digiti. Sed simiae imbricati, rapa-

rapa-